

**157/159** 1608 März 13., Mailand

Schreiben des Rektors des Collegium Helveticum in Mailand, Richinus, an Ammann und Rat von Stadt und Amt Zug mit der Bitte um finanzielle Unterstützung des Alumnus Johann Jakob Huwyler

---

**A** «Clarissimo praestantissimoque d[omi]no d. ammano [= Ulrich Trinkler] et ordini senatus tugiensis amplissimo.

Cum alumnus noster Joannes Jacobus Huwiler [= Johann Jakob Huwiler] in collegio helvetico Mediolani [= Mailand] litteris hoc tempore operam navet ac in iis pro viribus progressus facere contendat, nummis ad vestimenta comparanda ipsum adeo indigere, ut ni ei auxilium feratur, in collegio praedicto permanere vix possit, perspeximus. Quapropter litteras hasce ad vos necessitatem eiusdem nostri alumni attestantes, dare non dubitavimus, quibus vos ut optimos eiusdem alumni fautores rogamus ac obtestamur, ut nummos ad eundem nostri collegii alumnum perferri curetis, quo faelicus ac citius studia alacritate non mediocri incepta ad finem perducere valeat. In cuius rei plenior fidem hasce ego illi manu propria subscriptas litteras, et collegii nostri privilegiis munitas concessi. Data Mediolani 3.º idus martii anno 1608 [= 13. März 1608].

P. M. Ant.<sup>s</sup> [?] Richinus rector.»<sup>1</sup>

*Adresse:*

«Senatui apud tugienses excellentissimo.»

---

<sup>1</sup> Die Unterschrift stammt von anderer Hand. Der Brief selbst ist vermutlich von einem Schreiber verfasst.

---

AH 157, Bl. 329-330 • Bl. 329<sup>v</sup> und 330<sup>r</sup> haften durch inliegendes Siegel aneinander, 330<sup>v</sup> nur Adresse.  
Original, in lateinischer Sprache.

---